

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 220

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 40.

40.

Cod. CCXX. n. 3. 2.

Cod. CCXX.

Chartae. 4. locc. 13.

I. Fol. 1-231.

Joannis Wallen.
vir Summa
collectionum.

1a-231b

Joannis Wallensis Summa collectionum
de regimine vite humana, cujus initium
est: "Cum collectionis hujus." De eadem
plura vide in Cod. CI. In fine legi-
tur: "Explicit fratris Johannis collectio
magistri in sacra pagina de Wallia ordi-
nis minorum"; item "Explicit opus com-
pletum quo domino 1455 feria 4^{ta} pas-
che per Johannem Hofmullner de Weytza
in C. W. / civit. Viennensi."

Hic adduntur quatuor subleste fidei
miracula.

II. Fol. 232-242.

S. Augustini
ad matrem
liber de vir-
tutibus.

232a-242b

S. Augustini ad matrem Monicam li-
ber de virtutibus. Inscriptio haec est: "Au-
gustinus ad matrem suam monicam. Fri-
dium: "Tuae non imemor petitionis offeris,
sima mater tibi ut rogasti scribere Au-
gustini / Novi enim ardorem animi tui erga di-
vinas scripturas / Novi tibi inesse studium
legendi et implendi ea que legeris / Memor
sum igitur lacrimarum tuarum et omnis stu-
diū quod in te perspexi sepe dum mecum
de anime tue remocinaret profectu." In
fine additur: "Explicit tractatus beati Augu-
stini ypponenensis Episcopi ad matrem suam
Anno domini M. cccc lxx. tempore pii pa-
pae secundi et friderici imperatoris romani,
cum ac ducis Austriae, styrie ac qui est scriptus
in prepositura S. Stephani Wienne."

2

63

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 220

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 41.

Cod. CCXX. n. 3.

41.

Hoc opusculum, quod tractat de virtutibus
 charitatis, humilitatis obedientiae, continentiae,
 de oratione etc. a capite ad calcem invaluissimam
 et miraculis, seu potius fabellis, quod unum
 sufficeret ad delendum Augustini nomen nisi
 accederet et stili barbaries, et Arpidus
 ille anachronismus, quo Augustinus Sec. IV.
 Doctor plurima de promittit ex historia tripar-
 titata, Saeculo VI. quante, Magno Aurelio Cas-
 siodoro confecta.

3. Fol. 240 - 202.

Georgii Tudelii de Gingen Tractatus de ex-
 tremo iudicio. Titulo caret, et incipit: "Hic
 est vere propheta qui venturus est in mun-
 dum Joh. 6. Generale iudicium est futurum
 in quo iudicabuntur omnes homines." In
 fine legitur: "Explicit tractatus de extre-
 mo iudicio Magistri Georij de gingen an-
 no L iij / 1454 / doctoris eximii valde
 preclarissimi."

Non dubito authorem eundem esse cum
 Georgio Tudelio de Gingen Theologiae Doctore
 laureo, quem ab annis 1452 - 1462 bissec-
 torem exhibet Pul. de Sorbait in Catal.
 Eccl. Viennens. p. 32, & 35. Ceteroquin libro-
 rum censoribus omnino videtur ignotus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 220

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 42.

42.

Cod. CCXX. n. 4. 5.

4. Fol. 303 - 312.

Joannis Palomar
Tractatus de
mercatura.

303a - 312a

Joannis de Palomar Tractatus de mercatura. Rubrica est: "Tractatus quidam de mercatoribus domini Johannis de palomar." Incipit: "Quoniam omnes peccavimus in adam omnes in eo sententiam punitionis accepimus." Eiusdem opusculi initium continet Cod. XXXVI. n. 4. quod agit de mercatura, et idem cum praesenti esse non dubito, sed autem miror, a nemine eruditum Joanni Palomario adscribitur tractatum de mercatura, unde si fides, quam profecto meretur, codici nostro habenda est, praesens tractatus varisimilis adnumerandus est.

Joannes de Palomar, alius Solemar, natione Hispanus, doctor decretorum in Academia Viennensi, Antididaci: Praesens: Eugenii IV Capellanus; in Conc: Basiliensi praesens, tumultuum Bohemicorum compositor etc: obiit post annum 1435. Vide: Trithemium Cap: 74. Nid. Anton: Bib: Vet: Stirp: l: X. c: 4. Script: Univers: Vienn: Soci: I. p. 103. Fabric: Bib: m: & c: lat: Tom: IV. p. 120.

5. Fol. 312 - 314.

Humberti de
Romanis Quist:
de tribus rotis

312b - 333b

Humberti de Romanis Quistola de tribus rotis substantialibus religionis. Rubrica praemittitur hac: Incipit Quistola venerabilis patris s. Humberti Magistri ordinis quinti

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 220

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 43.

Cod. CCXX. n. 6.

43

" generalis predicatorum de tribus essentiali,
 " bus feliciorum prologus 2c. Prologi initi-
 " um est: Filius gratie et coheredibus glorie
 " fratribus karissimis etc. Primum, quod
 " est de obedientia capitulum, incipit: Si,
 " ligenti studio fratres karissimi satagant
 " virtutum exercitium insistere! Misit hanc
 " epistolam Humbertus ad omnes ordinis pro-
 " vincias, et in Bibliothecam Patrum intule-
 " runt Lugouenses T. XXV. p. 653.

Humbertus, sive Hubertus de Roma-
 " nis, Ord: Præd: Magister generalis quintus
 " obiit 1277. Vide Altamura pag. 27. Cuetit
 " T. I. p. 141. Legg.

Fragmentum
 de mercatum.

334e-335b

Fragmentum de mercatum, quod inscribi,
 " tit: "Unde bene stat, quod quis sit justus
 " mercator, et sit cum hoc lavari, sicut
 " in alijs artibus." Incipit: "Mercatores
 " utiles sunt reipublice ut vult scioteus."
 " In fine mutilum videtur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 220

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27556

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)